

Alte Drucke

Exercitatio Philosophica Continens Quæstiones nonnullas, quarum genuinus sensus juxta mentem R. Cartesii candidè & sincerè investigatur ...

Schotanus, Johannes Schotanus, Johannes

Franequeræ, 1682

COROLLARIA.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-70429

Tu enim (Fausste Regiensis, contra hunc enim, qui Creaturis nihil incorporei inesse opinabatur, de statu Animæ scripsisse libros Clandianum Mamercum auctor est Gennadius Massiliensis) cum dicis aliud esse animam, aliud animæ cogitationem; melius fortasse dixisses, illa de quibus cogitat anima, cum de se non cogitat, non esse animam, ipsam verò cogitationem non esse nisi animam: Quia illud quod subiiciendum esse dixisti, cætènas animam solere requiescere, ut prorsus cogitet nihil, caret vero. Anima nempe variare cogitata potest, non cogitare non potest. Quid autem illud est quod somniare dicimur nisi quod ne fesso quidem corpore in somnosque resoluta anima vis à cogitationibus vacat. Tota verò ibi est ubi cogitat, quia tota cogitat. Verum tu idcirco vel maximè de animæ statu falleris, quia aliud animam, aliud esse animæ potentias credis. Magni autem Augustini cum philosopho nostro consensum ostenderunt quoque viri Eruditi.

COROLLARIA.

Triginta ab initio Paragraphos Partis II. Principiorum Nobilissimi Cartesii pro Viribus defendere conabimur.

EPICUM AGGRATULATORIUM.

quod

HONORIBUS

*Invenis magna quaque de se cum votivo bonorum
omnium applausu promittentis*

D. JACOBI Vander WAEYEN.

Virtutum Reverendissimi sui Parentis Hæredis
individui, Problemata Philosophica ad re-
ctam rationis incudem revocata publicè
alacriter defendentis.

Quid juvat Iliacis aptare cubilia donis?
Quid rutilis ornare rogo cava tempora gem-
mis?

Quid quoque regali diademata splendida luxu
Ostentare juvat? ostro recubare superbo?

Regibus alternas quid prodest jungere dextas?

Hæc pereunt stabilesque diu superesse negantur:

At vos felices, internas cura medullas

Altior est quorum, & fixâ stat Mente repostum,

Scandere Virtutis subsellia candida diæ,

Quid ratio manifesta docet sectarier unâ:

Durat enim Virtus, durant documenta sagacis

Ingenii, nec in hæc fors quod dominetur habebit.

Ergo

Ergò WAÆYENUM fausto sub sydere natum
Quis non esse putet? quia jam juvenilibus annis
Tanta suæ præbere potest conamina mentis,
Non satis est callere sacram sinetegmine linguam,
Non satis à cultu ficto solvisse Judæos;
Abdita naturæ penetrare in corda volutat,
Aggreditur, suavi Sophiæ dulcedine captus,
Inquiret, volvitque librum meditando Sopho-
rum,
Quid verum, falsumque fiet? quid sana docebit
Quâ ratio monstrabit iter, Lumenque probabit
Naturæ: vanas nugas spernendo Scholarum.
Impiger hem rursus prodit specimenque laborum
Exhibet eximium, salebrosas sternere sylvas
Contendens, scriptisque tetris subjecta Magistri
Dogmata suscipiens, sanâ ratione tuctur.
Dignum miratu! quid non maturior ætas
Præstabit? quantusque Pater radiabit in ore?
Hæc est quam sequeris juvenis Lectissime Virtus
Quæ, tibi sola potest laudemque Decusque parare.
Egredia te stripe satam fortuna beavit
Majori, modò laudis amor, nec gloria cesset
Dirabit claræ generoso stemmate famæ.
I sequare ætatem subtilis acumine Mentis

Fœcundam, Magnamque tuum sectare Parentem
Quem, stupet attonitus Friliis peregrinus in oris
Admirans suadam, dum mentis cernit acumen;
Hic tibi cunctorum sit norma sequenda laborum,
Ut tandem fulgens inter ceu stella minores
Fias, atque Parens vivat post fata superstes
In splendore tuo, Doctorum inscribere fastis;
Atque Caput Doctum viridi cingatur olivâ.

Sacrum esse voluit

SAMUEL KOLESERIUS

Phil. Doctor. & Lib. Art. Mag.

EIDEM.